Bapt. Platina in Panegyrico in Bessarionem Cardinalem: Postremo, inquit, ne aliquid tanto ingenio deesset, Platonem [sic scribit eo loco] quem alii Gemistum vocant, doctissimum praeceptorem, et quem omnes secundum a Platone vocant, in Peloponneso quo se contulerat, doctrinae causa nactus mathematicis accurate imbuitur.

Prodiit Georgii Gemisti s. Plethonis Liber de Virtutibus cum versione Justi Velsii additis Libello sive Fragmento Aristotelis de Virtutibus et vitiis cum vers. Sim. Grynaei, Platonis Theaeteto cum versione Adolphi Occonis, Nemesii de voluptate cum versione Nicasii Ellebodii, Platonis Axiocho cum interpretatione H. Wolfii et notis, Demetrio denique Cydonio sive Nemesio Emeseno de contemptu mortis cum versione Raph. Seiler et H. Wolfii notis. Bas. 1577. 8. Prodiit hic libellus Gemisti Plethonis etiam Gr. Lat. Parisiis 1541. in 12. Editio in Bibl. Heins. fuit. vid. p. 280. Alia eiusdem libelli in 8vo editio memoratur ibid. p. 276. ubi inscribitur G. Gemisti Plethonis quatuor virtutum explicatio.

Τοῦ Γεωργίου Γεμιστοῦ, τοῦ καὶ Πλήθωνος περὶ ἀρετῶν.

Alia ibid. cum Abobali Eclogis Physicis et Ethicis ex Interpret. Gu. Canteri quae prod. ap. Plantin. 1575. in fol. p. 203

Edidit insuper Nic. Reusnerus ~~[illegible]~~ Summam doctrinae universae de virtute omnique eius officio, ex libris Platonis, Aristotelis, Ciceronis, et aliis descriptam. Cui accessit Virtutum divisio Gemisti Plethonis et Sim. Grynaei. Latine cum Leonardi Aretini Dial. de Moribus s. virtutum officiis cum summa doctrinae Platonis de legibus. Inscribitur pars Ethices libris ista ... Ethica Philosophica et Christiana typis descriptam. Jen. 1590. in 8. cum Gemisti Liber de Virtute περὶ ἀρετῶν Latine ex versione Hier. Wolfii.